VE XV

Beroaldus, Ph. Oratio proverbiorum, qua doctrina remotior continetur. Bologna, Benedictus Hectoris, 17 Nov. 1500. With fine woodcut printer's mark, white on black ground, at the end. Two capital spaces with guide-letters. Printed in Roman type, many words in Greek, 27 lines and head-line to the page, with printed marginalia. 28 lvs. (last blank). 4to. Modern over-lapping vellum.

Hain-Cop. (add.) 2967. GKW 4143. BMC VI, 846. Goff B-490. Duplessis No. 120. Not in IDL. For a reproduction of the printer's mark see: Kristeller No. 12. Rare second edition of this oration on proverbs, which was first printed in 1499 by the same printer, who printed mainly works of humanistic interest, in the first place those of Beroaldus. The present edition however is "more carefully printed than that of 1499, the page-contents being better equalized, poetical quotations printed as verse instead of prose, etc." (BMC). The work discusses various proverbs handed down from classical authors on various subjects, e.g. youth, old age, sleep, self-love, friendship, etc. Of bibliographical interest is the fact that towards the end Beroaldus refers to his edition of Apuleius' 'Asinus aureus' (publ. 1 Aug. 1500), its printer Benedictus Hectoris, and the shortage of paper at the time. Philippus Beroaldus (Bologna 1453-1505), distinguished Italian humanist, dedicated this oration to Christopher Vaitimillius of Bohemia. - A very well preserved, rather large copy, printed on strong paper.

Goff B 490
GKW 4143
Duplessis No. 120
BMC VI, 846.

Beroaldus Oratio proverbiorum

ORATIO PROVERBIORVM CONDITA A PHILIPPO BEROALDO, QVA DOCTRINA REMOTIOR CONTINETVR.

**

AD ORNATISSIMVM CHRISTOPHORVM VAITIMILLIVM SCHOLASTICVM BOEMVM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS EPISTOLA.

c Ompluſculi ex Boemia Scholaſtici ad capiendum ingenii cultũ linguãqꝫ comendã in hoc noſtrum gymnaſium litteratorium quot annis cõmigrare cõſueuerũt/ nitidi prorſus atqꝫ elegantes. ſed omnium ſane nitidiſſimus extitit elegantiſſimus Vldricus Roſenſis inter inclytos Boemiæ proceres famigeratus: cuius nomini Annotationes nũcupatim dedicaui. Ioãnes uero Vartimbergẽſis omni præconio bonitatis ornatus inſtar gemmæ radiantis in cœtu ſcholaſtico refulget: ad quẽ opuſculum de Septem ſapientibus compoſui. Fuit indidẽ & Martinus Crũnouiẽſis: quo nihil candidius/ cuius nomen Liber Orationũ mearum in liminari pagina geſtat inſcriptum. Poſt hos tu ex eadẽ regione haud magno ſane interuallo aduениſti Chriſtophore mi ad ingenium excolendum: in quo nil culpabile conuiſitur. Tu uirginali corporis filo ſpecioſus iuxta ſocraticum documentum impendio procuras. ne corporis pulchritudinem morum turpium dehoneſtamento dedecores. Tu claritudine natalium inſignis fami

Laus chriſtophori.

liæ Vaitimilliæ/apud Boemos honoratissimæ:es ornamento/minimeq; a patria uirtute degeneras. Siquidem Benedictus: hoc enim erat nomine parẽs: in magna existimatione apud maximos reges cum consilio polleret: sæpe ad exteras nationes in negociis principalibus obeundis Regius est destinatus Orator: & cum esset patrii sermonis affabilitate cultissimus sæpe rediit exorator. Qui tanq̃ Aristotelis Xenophontisq; œconomicum legisset: agebat bonum patremfamilias: qui Ampliora faciens/quæ a parentibus acceperat luculentiorem hereditatem liberis reliquit. Ex quibus tu frugalitatem quidem domesticam probãs tanquam ea sit optimum uectigal: existimans tamen: paterna bona sine animi bonis esse ueluti manca & mutila/ad nos concesisti: ut bonis animi suffarcinatus paternam hereditatem faceres cumulatiorem: ut pigmento eloquentiæ latialis coloratus/ut cote musę liberalis expolitus: ut nostro dolatorio leuigatus elegantior opulentiorq; ad tuos in Boemiam reuertaris. Itaq; gymnasium litterarium frequẽs inuisis/audisq; quotidie nos ex promptuario musico depromentes quippiam dignum memoratu: dasq; operam: ne bonæ horæ male collocentur. Ne bona ætas per incuriã effluat/atq; desidiam. Quas ob res ego subinuitatus libellum hunc proxima fætura natum apud me tibi nominatim dedicaui: quo prouerbia non pauca scite

Benedictus christophori pater.

Eloquẽtię affectator Christophori.

& moraliter explicãtur: quẽm sub eadem incude lit-
teratoria formatũ facile agnoscas: qua id genus opu-
scula iam plurima a nobis procusa sunt: quæ illustri-
bus sectatoribus nostris Transmontanis dicata cir-
cunferuntur: libellus est succosus, fertilis: cõdimẽtisq;
doctrinæ multifariæ esculentioribus ita conditus cõ
cinnatusq;: ut & ad palatum faciat & ad stomachum.
Tu mi Christophore munusculum id qualecũq; est
hilaro uultu libens cape. nec ex eo quod chartarium, sed
eo quod litteratũ sit metiaris atq; perpendas. Nã sicut
in uasis fictilibus Thesauri persæpe preciosi
recõdũtur. ita in his libellis opes plerũq;
luculentæ includuntur: & perinde
atq; in Dactylothecis gem-
mę litterarũ cõtinent̃.
Vale & dilige
Docto-
rem.

Thesauri ĩ fictilib9 Gẽmæ in libellis.

PROVERBIALIS ORATIO PHILIPPI BEROALDI.

SOCRATES ille Philosophorum fons Viri clarissimi: quē oraculū Apollinis sapientissimū mortaliū esse ꝓdidit: cū ad Ethicen trāsiret: dixisse fert̄: Quæ supra nos nihil ad nos: ex hoc socratico documēto cōmonemur omissis rebus sublimioribꝫ circa humiliora uersari. & a cœlestibus ad terrena descēder̄. & diuinis sepositis humana scrutari. Ex hac sapientissimi Philosophi sententia quasi aurē uellicante cōmonitus decreui hodierno die repere humi. & per areā popularē expaciari. hoc est aliquot uulgares sentētias excutere. enucleare. perpēdere. Pulchrū est medius fidius nec omnibus obuiū rebus protritis dare splēdorē: & cōculcatis triuialiter dictis id gratiæ: id uenustatis inserere: ut noua: ut splēdida: ut indicta esse uideant̄. Quid ē aūt tam ꝓtritū tā uulgare tā ꝓmiscuū q̄ ꝓuerbiū? Atqui ꝓuerbia nō nulla tā græca q̄ nostratia hodierna disertatione a nobis explicabunt̄. sed cū nihil ferme sit tam sordidū & obsoletū: quod non ornatu fiat splendicās & speciosum: elaborabo atqꝫ ꝓ uirili pte cōtēdā: Oratoriis illa pigmētis excolere: & Myrothecio socratico uenustare: Ita ut quæ quasi fastidita poterāt repudiari: ea fiant maxime expetēda. Faciā quod cosmetæ & ornatrices in comēda matrona: quā ita interpollāt ita mūdo mu

Quæ supra nos nihil ad nos.

Ornatu squalētia nitescunt

liebri aliiſq; id genus rebus expoliũt/ut longe alia fa miliaribus & uicinis appareat. Ingẽs ẽ ac ꝓpe infini ta tã apud græcos: quã apud noſtros ſilua ꝓuerbioꝝ. Ex qua pauca quędã interlegi excerpſiq;: quę ianuã repãdãt publicis lectionibus: quoꝝ enarratio ſit uelu ti prodromos atq; pręcurſoria curriculi noſtri littera torii. Sunt aũt ꝓuerbia ut docente Diuo Auguſtino didicimus. ſẽtẽtiæ uulgares: quas græci paroimias: latini aliis quoq; uocabulis. Modo adagia/mõ uerba Modo adagiones appellant: quæ ego ſubinde mecũ pẽſitãs inuenio nõ minus ſuccoſa eſſe: nec minus ui tę cõducẽtia/q̃ ſanctiora philoſophoꝝ uolumina. Ad hęc habẽt ꝓuerbia qddã ſimile legibus: quaꝝ ſcriptũ anguſtũ eſt/interpretatio latiſſima. Si quidẽ ſumma breuitate cõcluſa: intellectũ uberiorẽ cõplectunť: & ſẽtẽtialiter uitã inſtruũt. Ita ut quæ ad moralẽ philo ſophiã ptinẽt ingeniiq; elegãtiã: nõ minus ex ꝓuer biis cognoſci poſſit q̃ ex doctrinis & uoluminibus ſo craticoꝝ. Nõ credis hoc mihi? crede Diuo Hierony mo ſcribẽti/q, Solomon in libro ꝓuerbioꝝ moralem docuit diſciplinã: ſuccinctis ut decuit: breuibuſq; ſen tẽtiis uitæ inſtituta cõponẽs. Quod ut planius fiat & manifeſtius prouerbia aliquot explicare auſpicabor/ ad uitæ humanæ cultũ: & mores mire facientia. Vos quæſo diligẽter attendite/ſpero enim quæ a me dicẽ tur futura & auriũ oblectamẽto ob uarietatẽ/& aĩoꝝ emolumẽto ob eruditionẽ. Quod ſi in huiuſcemodi

Prouerbiũ quid. Paroimia Adagiũ. Adagio Verbum.

anteloquiis placere antehac consueuimus: in hac hodierna disertatione haud quaq̃ displiciturum me esse confido. Hinc autem potissimum ordiemur.

M. Terentius Varro: ille togatoꝝ litteratissimus: & ut uerissime dictũ est a Terentiano, Vndecũq; doctissimus, Prouerbiũ hoc cũ primis celebrat: hō bulla est: eo magis senex. Scitis opinor oēs bullã dici ĩ aqs tumorẽ repente natũ, repente euanescẽtem. Vidistis ne unq̃, Etenim p̃sępe uidere cõtingit: ex largo hymbre & subitario id genus bullas quasi sufflatas intumescere? Mox, ubi respexeris, e uestigio euanuisse. Talis nimirũ est homo. Hodie ut bulla turget: Crastino nusq̃ erit. Nulli prorsus rei potuit scitius & uerius hō q̃ bullæ cõparari: Videlicet friuolus: momentarius: nugatorius: & instar bullæ repẽte deficiens.

Prouerbiũ uarronianum. Hō bullã est.

Quid est homo? inquit Seneca: quodlibet quassum uas: & quodlibet fragile iactatu. Quid ẽ homo? imbecillissimũ corpus: & fragile. nudũ suapte natura: inerme. Alienę opis indigens. ad oẽm fortunę cõtumeliã proiectum. Frigoris est & laboris impatiẽs? ex infirmis fluidisq; contextum: Odor illi saporq; & lassitudo & uigilia: humor & cibus: sine quibus uiuere non potest mortifera sunt. Quocũq; se mouet infirmitatis suæ statim cõscius. Tenuissimis causis atq; offensionibus morbidus ac putris. Merito itaq; cecinit sapientissimus poetarum. Tale quidem genus est hominum: quale est filiorum.

Hō qd? Seneca

uersus homericus.

Tu q̄ satellitũ cuneis stipatissimus ĩcedis: q̄ ĩ excel sissimo humani generis fastigio positus numinis uicẽ coleris: & obseruaris: q̄ te deũ terrenũ credis bulla es. Tu qui ĩmortalia aĩo uolutas: cuius cupiditati orbis ipse nõ sufficit. cui nihil ẽ satis: bulla es: scito homine nihil esse fragilius: cũ eodem nihil sit superbius:

Bulla es.

Typus humanæ uitæ. & imago est flos: qui mane uirescẽs ante uesperã arescit. Qui cum sit speciosissimus ocissime intermoritur: Magna ut inquit Plinius noster hominũ admonitione: quæ spectatissime floreant celerrime marcescere: hinc prophetes in canonicis scripturis exclamat: omnis caro fœnũ & oĩs gloria eius quasi flos fœni. Cæterũ cũ nõ minus oratorium sit parua copiose/q̄ grandia breuiter exprimere/libet hic paulum cõsistere/&/ut dici solet/fimbrias diducere/& peristromata cõplicata latius explicare.

Flos Typus hoĩs. Plinius. Hesaias.

Tria tempora prędicãt oẽs & norũt/præteritũ/pręsens & futurũ. Sed qui curiosius & subtilius ista pensitarũt/præsens tẽpus sustulerũt/quod in fuga semper est/quod fluuii more cursu rapidissimo fluit/ac præcipitat͂/qđ ante desinit esse q̄ uenit/nec magis morã patitur q̄ mũdus/cuius uertigo inenarrabilis est. Inde fit ut homo nunq̄ in uno statu uel tãtillũ permaneat/hic illa Ouidiani Pythagorę acclamatio. Nr̃a quoq; ipsorũ semper requieq; sine ulla corpora uertunt͂. nec quod fuimusue/sumusue cras erimus. Consimiliter Seneca. Nemo nostrũ inquit est in senectute. qui fuit

Fimbrias dilatare. Tempus p̄sens nõ est. Pythagoras apud Ouidiũ.

iuuenis. Nemo nostrũ ẽ manc/q fuit pridie: corpora nostra rapiunt̃ fluminũ more. Nihil ex his quæ uidemus manet. Ego ipse dũ loquor ĩmutari ista ĩmutat9 sum: hoc ẽ. qđ ait Heraclitus. in idẽ flumẽ bis descẽdimus. & nõ descẽdimus. Manet. n. idẽ fluminis nomen. aqua trãsmissa est: quotidie homo morit̃: quotidie demit̃ aliqua pars uitæ: & dũ crescit uita decrescit: quotidie ex nostro corpore particulæ decedunt ex quibus cõsistimus: ut philosophi tradũt: & memorat Alphenus Iuriscõsultus titulo de iudiciis. Singulæ horæ ĩmo momẽta aliqđ de nobis predant̃ & carpunt: pũctũ ẽ qđ uiuimus: & adhuc pũcto min9. Meritoq; ημεροβιοι dici possumus. hoc ẽ diales: cũ uita nobis unius uix dieculæ tributa sit & dies nostri. ut inquit Iob sicut umbra prætereãt. Vitæ summa breuis spẽ nos uetat inchoare longã ut inquit uerissime Flaccus. Nos tñ ĩ longũ spes nostras cogitationesq; protẽdimus. Inquit unus anno quinquagesimo ędificabo. honores gerã. fundos emam. Ait alius a sexagesimo feriatus ociabor & mihi uiuã. Ait & tertius Senex referã me in rusticũ secessum/ibiq; in consilio habebo agricolationis consultissimos. qui me docebunt in quincũcẽ arbusta disponere. populos uitib9 maritare. Arbores insitione frugiferas efficere: agrũ pastinare. Terrã pullam ac tenerã quæ optima est a cariosa discerniculo quodã internoscere. Libet exclamare cũ Lucretio. O stultas hominũ mẽtes o pecto-

Dũ loquimur ĩmutamur. Heracliti dictum. Alphen9. Pũctũ est quod uiuimus. Hemerobii. Diales homines. Flaccus. Spes longa. Lucreti9.

Democritus. ra cęca. Libet ridere cũ Democrito: cui negocia mor-
taliũ oĩa ridicula uidebant̃. Quid tibi de futuro pol-
liceris. Quid ꝓpagas uota ĩ sæculũ: cũ minime cõper
tũ habeas de anno. Nescis hominẽ bullã esse: qui scis
an adiiciãt hodiernæ crastina summæ tpa dii superi?
Nimis hoc est. unde habes exploratũ te ad uesperam
Lucianus A filo pédemus. esse uicturũ? Nã ut inqt uerissime Lucianus a tenuis-
simo filo pẽdemus oẽs: quod citius dicto dirumpit̃.

Inter os & offam. Catonianũ prouerbiũ est. inter os & offam. quo
admonemur ne spes nostras in longum ꝓtrahamus
cum inter os & cibum iam paratum / multa interueni
re possint offendicula: & quoniam prouerbia tracta-
mus non pigebit prouerbialiter fabulari.

Versus paroimiodes. Græcus est uersus παροιμιωδησ idest prouer-
bialis idẽ significãs: qd hoc nostrũ inter os & offam
πολλα μεταξυ πελει κυλικοσ και χειλεοσ ακρου
Inter calicem & labrum. latine dici potest. multa cadũt inter calicẽ supremaq;
labra. Dicitur autẽ hæc paroimia ex tali causa.

Historia remotior. Anceus Neptuni filius: cũ uineã sereret impera-
uit ne quis familiariũ eã ingrederet̃ / ne quis attinge
ret / interdixitq; pene uestigiis seruulorum: ex quibus
unus asseueranter haud quaq̃ inqt dominus mustũ
gustabit / nec fructũ carpet ex ea uinea / quã tãtopere
custodit. Vbi aũt uuę ematuruerũt: exultans Anceus
mustum ex illis pressum poculo indit. Mox seruum
illum accersi iubet: qui negauerat ei fas esse fructus
uineaticos mustũq; gustare. Iãq; poculum ori admo

turus. Esto inqt memor uerbi: quod iādudū dixisti:
& ille fidenter uersum antedictum rettulit inquiens.
Multa cadūt inter calicem supremaq; labra. Ecce ti-
bi famulus alter id horæ eoq; momento exanimatus
repente ingrediēs, nunciat aprū fulmineum formidā
dæ uastitudinis uineam populari: & cuncta subuer-
tere. Tunc Anceus abiecto statim poculo: quod in
manibus habebat in aprum cōcitatus fertur: ab eoq;
peremptus: mustum uineti, prout famulus prædixe-
rat: gustare non potuit. Vnde ortum hoc prouerbiū.

Alii tradūt hāc paroimiā ductā esse ex antinoi in- Antinoi
fortunio. fuit aūt hic Antinous: unus ex procis Pene casus.
lopes. Qui absente Vlysse in ipsius aula indulgebāt
genio: & luxuriosa cōuiuia pcolētes prandiorꝝ cœna
rūq; gurgitibus Vlyssea patrimonia helluebant. Ve
rū cū post diuturnā pegrinationē Vlysses clāculo sub
medici habitu domū reuenisset μνηστηρασ .i. pro-
cos comesabūdos morte mulctatos iustis pœnis affe
cit: īter quos Antinous calicē aureū tenēs iāq; illi la-
bra admouēs corruit moribūdus sagitta ab Vlysse in
gutture lethaliter ictus. Calixq; e manib9 excussus ē:
ut canit Homerus. xxii. Odysseæ. & ita ex eo gustare
nō potuit: Quidam narrant q Chalcātē uites seren-
tem augur nescio quis uicinus præteriēs dixit errare, Chalcas
non enim ei fas esse, nouum uinum inde gustare. & uitē ferēs
cætera cōsimiliter. Ex hoc prouerbio græco: quacūq;
de causa instituto: Ductum est adagium apud la-

Inter manū & mētum. tinos alterum minime triuiale minimeq; protritum. quod est inter manum & mentum. Idem pollens. qd' inter os & offam.

Homuli. Quid igitur nos homūculi. & ut ait Lucretius homuli cū simus animæ salillum. ut inquit Plautus. qd infinita concupiscimus? qd spes nostras in spacia longiturna diffundimus? quid secula disponimus? cum possit homo ex offa quā manu tenet nō uesci. ex poculo qd' labris admouet, non bibere. Deniq; cū possit tam repente deficere q̄ bulla subito euanescit.

Martialis. De Andragora dixit Epigrammatista. lotus nobiscum est hilaris cœnauit. & idem inuentus mane ē mortuus Andragoras. De. Cor. senectione ait Seneca q cū hilaris cœnasset, Angina præcipiti arreptus compresso arctatis faucibus spiritu ante lucē decessit ostenditq; uerissimum esse illud Hippocratis prognosticon quo maximus medicorum signat Synāchen: sic enim græce dicitur Angina, quæ uulgo squinantia: homini mortiferam esse, eamq; ocissime strangulare, quæ intrinsecus grassatur, nullo in gutture forinsecus existēte uestigio: & quia exemplis homines maxime ducuntur, suntq; ad fidem faciendam potētissima Agitedum exemplis ostendamus: q̄ nihil sumus: & q homo bulla est, & si quid bulla fragilius.

Hippocrates. Synāche. Angina.

Repētinę mortes. Repētina morte obiere Cæsares duo, dū matutino calciant̄, sani ac tēpestiui. A. Pōpeius in capitolio cū deos salutasset. legatus rhodioꝝ perorata in senatu

Romano causa in limine curiæ protinus expirauit. Iulius medicus dum inungit specillum: quod medici instrumentum est/per oculum trahens. L. Valla dum mulsi potionem haurit. Ap. Saufeius dum sorbet ouum. Repentino omnes fato occubuere. Anacreon poeta acino uuæ passæ. Fabius senator in lactis haustu uno pilo strangulatus. Quosdam crassior saliua suffocat: ut illud serio dici posse uideatur.

Ambulat & subito funus mirantur amici.

Iam satis opinor constat ac liquet/hominem bullam esse. en agedum deinceps discutiamus/ quanto magis senex bulla sit. Quod quidem in confesso est. & enim senis anima in labris primoribus habitat. Senex uiuit mortuus inter uiuos. Senex est & non ẽ: Senile corpus putridum est ædificium: in quo omnis iunctura diducitur: & dum alia fulcitur. alia discinditur. Senilis ætas non descendit sed cadit.

Bulla magis senex

Senex putridũ ædificium.

Versiculus ille prouerbii uice celebratur. Non est uiuere sed ualere uita. quo significatur/uitam nõ esse in homine uitalem/nisi prospera ualitudine perfruatur. proinde senex minime dicendus est uiuere/cum minime ualeat. cum senectus ipsa sit morbus: ut inquit noster comicus: Quod ex Apollodoro decenter transtulit scribente. το γηρας εστιν αυτο νοσημα. Aristoteles libro. v. de generatione animaliũ. Recte inquit dixeris senectutẽ morbũ esse naturalẽ. a Seneca eleganter senectus dicitur morbus insanabilis.

Senectus ipsa morbus est.

Terẽtius.

Apollodorus.

Aristoteles.

Senectus morbus insanabilis.

Musæ græcorꝝ canunt ουκ εστι ῡγειασ κριττομ ουδεμ εμ βιω.υγεια και μουσ εσθλα τωβιω δυω

Sanitas & mens.

nihil est in uita melius sanitate:Sanitas & mens duo uitæ bona:utroqꝫ hoc bono caret senex cũ infirmus sit & delirus:& quãuis Plautinus pater dicat ĩ trinũmo:sapientiæ ætas condimentum est.tamen magna ex parte delirant senes.Vnde & senilis stultitia Deliratio appellari solet:hinc quoqꝫ græco prouerbio dicitur δυσ παιδεσ οι γεροντεσ idest bis pueri senes: quoniam uidelicet repuerascere creduntur/ & in pristinam redire puerilitatem.Idqꝫ Plautum dicere uidemus in mercatore.his uerbis.senex cum extẽplo est/iam nec sentit nec sapit.aiunt solere eũ repuerascere:subscribit huic sententiæ Aristoteles scribens in secũdo politicorũ:ut corporis sic etiam mentis esse senectutẽ.Quã aũt sanitas ꝓcul sit a cõtubernio senum:q̃ morbosa sit senectus quis ignorat? Circũsilit agmine facto morborꝝ omne genus:ut inquit satyrographus:in senecta hebescũt sensus/præmoritur uisus auditus ĩcessus/torpet palatũ/memoria labat dentes decidũt:quæ sunt ciborꝝ ac sermonis instrumenta fiũtqꝫ edẽtuli senes & balbi.mẽbra torquent̃.fiuntqꝫ silicernii quasi silices ex dorsi curuitate cernẽtes. Nõ ab re fuerit apud auditores beniuolos minimeqꝫ fastidiosos ꝓcẽsere exemplũ Berzelai galaditæ: qui cũ esset γερωμ λιαμ senex ualde rogatus a Rege Dauidė ut secũ iret hierosolyma essetqꝫ regius comes:fer-

Deliratio senilis

Bis pueri senes.

Incõmoda senectutis.

Edentuli

Silicernii

Exẽplũ berzelai.

tur regi ita dixisse prout scriptũ legimus libro secun- do βασιλεωμ idest regum siue regnorũ. Quot sunt di es annoꝝ uitę meæ: ut ascendam cũ rege in Hieru- salem. octogenarius sum hodie. nunquid uigẽt sen- sus mei ad discernendũ suaue aut amarum? aut dele ctare potest seruum tuum cibus aut potus? uel audire possum ultra uocẽ cantorum atq; cantricum? Quare seruus tuus sit oneri dño meo regi. hisce senis galadi tæ uerbis concinit Licinius caluus homo Romanus exactæ ætatis & magno natu senex, qui tribunatum militum deprecatus ita uerba fecit ad Quirites. Me iam nõ eũdẽ sed umbram nomẽq;. P. Licinii relictũ uidetis: uires corporis affectæ, sensus oculoꝝ atq; au- rium hebetes. Memoria labat. uigor animi obtusus.

Ex libro secũdo re gum.

Exẽplũ calui se- nis.

Merito senectus ætas mala ab auctoribus nũcu- patur: quam inter cætera morborum genera: ut ĩquit ueridicus Hippocrates, & Hippocratem sequutus Cor. Celsus maxime infestant Dyspnoea & strangu ria. hoc est spiritus & urinæ difficultas. Coryza idest grauedo & pituita. Nephrytis & Paralysis: ita græce dicuntur renum dolores: & neruorum resolutiones. Adde & cacexiam idest malum corporis habitum. Lyenteriam idest intestinorum lenitatem cæteraque fusi uentris mala: quibus senes uexantur.

Aetas ma la.

Dyspno ea.

Strãguria

Coryza.

Nephry tis.

Paralysis

Cacexia.

Lyẽteria

Somnus, ut nemo nõ nouit, curarum abolitor ui- riũ stabilimẽtũ est membrorũq; lassescẽtiũ refocilla- tio atq; fultura, & ut Græci dicunt υπνοσ πεφυκε

Somnus salus corporis. σωματοσ σωτηρια. somnus corporis salus existit: hoc quoq; bono caret senectus: quã torquẽt nocturnæ uigiliæ: quas inter mala uniuersi corporis numerat Plinius noster. hinc illud nõ tã poeticũ q̃ ueridicum oraculũ. Somno iam deteriore senectus.

Galenus. Galenus libro secũdo περι τροφων. i. de alimẽtis / scribit se cũ grãdior natu foret insomnia uexante τριδακασ. i. lactucas esitasse cõciliãdi somni causa: idq; sibi unicũ Alexipharmacon αγρυπνιων. i. medicamẽtum uigiliarũ depulsoriũ extitisse: quibus infestabatur. Summebat autẽ id olus in fine cœnæ. sic enim lactuca somni est conciliatrix. & ob id cœnas auorum clausisse traditur cum esset esca nouissima: quod & Maronianũ carmen testatur / grataq; nobiliũ requies lactuca ciborum. nunc uero dapes inchoat in acetariis / & cœnæ principium fit / quia cibi facit appetentiam: & a stomacho fastidium aufert.

Margin: alexipharmachon. Cur lactuca in fine cœnæ. Cur ichoat dapes.

Quin etiã uersus græcus senecturem ita infamat. χαλεπον το γηρασ εστιν ανθρωποισ βαροσ. senectus inquit onus ẽ hoibus. oppido q̃ graue & ingestabile. hinc plautina anus. Tãtum inquit hoc est oneris qđ fero: quid oneris? Annos. lxxx. & quatuor.

Margin: Senectus onus ĩgestabile.

Ad hæc iuuenis cito mori põt / Senex diu uiuere nõ põt. quãq̃ nihil in uita hoĩs potest esse diu. Quid enim nõ modo ẽ o senex annose & Polychronie si recorderis? Mõ puer fuisti sub pędagogo. mõ adolescẽtior sub grãmatico manũ ferulæ subduxisti. Mõ iu-

Margin: Quid nõ modo.

uenis dipsciplinā sceuolarū discere cepisti. Modo uir eādē ꝓfiteri. Modo senex desisti uelle. Modo desiisti posse: incredibilis est uitæ humanæ rapiditas.

Meta uiuēdi est: ut Physici autumant, Annus septuagesimus: quādo scilicet eptas decadi copulatur. hoc idē sensit Psalmographus scribens. Anni hominis septuaginta: si aūt in potētatibus octuaginta. supra autem, κοπος και πονος idest labor & dolor. Meta uiuendi. Dauid psalmographus.

Plato finē uitæ legitimū annū octuagesimū primum esse existimauit. habuitq legitimū: siquidē illo ipso anno uita decessit natali suo extinctus. ideoq magi defuncto Platoni. perinde ac deo immolauerunt. q annū unū atq octuagesimū sine ulla deductione impleuisset: consumassetq numerum perfectissimū: quem nouem nouies multiplicata componunt. Plato natali suo defunctus.

M. Varro longissimū spatiū senescendo℞ hominum centum annos esse tradit. Vnde & seculū a sene dici spaciū centū anno℞: cui sententiæ subscribit astipulaturq Caius Iurisconsultus: qui titulo de usu fructu. sic refert. Placuit cētum annis tuendos esse municipes: quia is finis uitæ longęui hominis est. M. uarro Seculum a sene. Caius Iurisconsultus.

Doctissimi mathematico℞: ut Berosus, & Petosyris & necepsos annos homini ad uiuendū datos. plus minus centū uiginti ex siderali sciētia iudicarūt: quot Argatoniū Gaditanū uixisse accipimus: qui annos octuaginta regnauit cū. xl. regnare cœpisset. Berosus. Petosyris Argatonius longeuus.

Illud quoq accepimus Mosen, q uulgo Moyses

nominat: Solum dei familiarem. Vt Iudęorum libri loquuntur.c.xxv.annos uixisse: qui cum quereretur: ꝙ iuuenis interiret: responsum ei ferũt ab incerto numine. hominem neminem plus esse uicturum.

Anni Moysis.

Prudens prætereo: quæ conditores canonicarum scripturarũ tradiderunt: primigenios homines longe uiuaciores diuturnioresq́ꝫ fuisse: finéqꝫ humanæ uitę præscriptum pluribus annorũ sęculis transcendisse. Nãqꝫ si credimus Plinio anni illi fuere lunares menstruo spacio terminati. Vt non mirum sit quosdam prodi millia annorum uixisse: sed nos credamus uera esse: quæ ĩ instrumẽto ueteri fide historica traduntur. Quæ diuus Augustinus astruere conatur.

Primigenii homines diuturniores

Mille annorũ uixisse.

Quid posteritas ipsa cõmisit? quid nepotes peccauerunt? quid nos deliquimus? ut tantillo spacio: tanqꝫ arctis cãcellis uita nostra includeret? Cur nos quoqꝫ, sicuti tritaui illi primordiales, mille annorũ nõ uiuimus? & uita diuturniore non fruimur? Sed hæc cum non sint operis instituti, transeunter attigisse sat est.

Ergo agedum: homo impleat annos septuaginta: quæ est meta uiuẽdi. octogesimũ primũ excedat: q ẽ longissimus Platoni uitæ terminus, fiat sæcularis: & cẽtũ annos relinquat a tergo. uiuat Argathoni annos uiuat & mosaycos centum uiginti quinqꝫ: quos ex diuino responso nephas est excedere. fiat trisęclis Nestor. ut anni dextra computandi sint. Viuat ætatem Tithoni: de quo est græcum prouerbium τιθωνου

Trisceclis Nestor.

Prouerbium.

Tithoni senectus.

γηρασ .i. Tithoni senectus: nonne tamen hic senex Macrobius & Polychronius bulla erit? & nihil sunt dies eius. Nonne friuola est hæc ætas: & quam quadrupedes aliquot uolucresq; transcendant.

Audite quæso Hesiodum canentem

Hesiodus

Εννεα τοι ζωει γενεασ λακερυζα κορωνη.
ανδρων ηβωντων. ελαφοσ δε τετρακορωνοσ.
τρισ δ' ελαφουσ ο κοραξ γηρασκεται.

Cornix uiuax.

idest garrula cornix nouem hominum uiuit ætates: Ceruus aũt quattuor cornicũ. Coruus uero trium ceruorũ ætate senescit. Hesiodicã hãc sententiã Plinius noster elegãtius: breuius: purius explicauit hisce uerbis. Hesiodus cornici nouem nostras attribuit etates. Quadruplũ eius ceruis. Id triplicatũ coruis. Plutarchus in libro περι των εκλελοιποτων χρηστηριων. idest de oraculis quæ defecerunt subtiliter & scite disserit sup hoc Hesiodi carmine: quid sit γενεα & quot annos complectatur: quã nostri ætatẽ interpretantur quam quidam unius/quidam pluriũ/quidam pauciorum annorum esse definiunt.

Plutarchus.

Genea quid.

Cum igit̃ corui sint hominibus diuturniores. cũ cornices & cerui sint nobis uiuaciores: de qbus sunt græca prouerbia υπερ τασ κορωνασ βεβιωκωσ. υπερ τασ ελαφουσ. idest ultra cornices ultra ceruos uixit. merito Theophrastus ille i familia peripatetica elegãtissimus: cui ex diuinitate loquendi inditum

Prouerbia de cornicib9 & ceruis.

nomē: moriēs accusasse naturā dicit̄: ꝙ ceruis & cornicibus uitā diuturnā/quoꝝ id nihil ītereſſet: hoībus quoꝝ maxime interfuiſſet/tam exiguā uitā dediſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior futurum fuiſſe ut omnibus perfectis ætatibus omnium doctrina hominum uita erudiretur.

Querela theophrasti.

Cæterum credamus hæc eſſe fabuloſa/aſſentiamurq; Ariſtoteli & Ariſtotelico Alberto Magno ſcribentibus hominem uiuere plus temporis q̄ reliqua Animalia omnia excepto elephāto: tamen homo bulla eſt: & eo magis ſenex: cuius uitæ tanta rapiditas eſt tam īenarrabilis uelocitas/ut prius trāſacta ſit q̄ īſpecta: ut dum uiuere nos ſperamus. Iā uixiſſe cū ſuſpirio reſpiciamus: qua in reputatione ſubit illud ridiculum. ꝙ quidam de ætate gloriant̄: & annos numerāt iam amiſſos. Vnde non ineleganter Mileſius ſapiēs dicenti cuidam. lx. annos habeo: hos inquit dicis. lx. te habere quos non habes. Etenim præteriti dies non magis in noſtro mancipatu ſunt: q̄ futuri.

Albertus magnus.

Scitū mileſii ſapiētis.

Annos p̄teritos nō habemus

Præterea quemadmodum ex amphora: ſic ex uita qd̄ ſinceriſſimum eſt primo effluit/quod turbidum feculentumq; in imo ſubſidit.

Septē ętates a ſeptē planetis.

Septem homini ætates a numero erraticarū ſtellarum Philoſophi diligentiores aſſignant: & Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatū diſtribuit uitæ uniuſcuiuſq; finem. Prima ætas lunarem ſequitur poteſtatem. tunc enim ſecundum uegetalem alenteq;

Prima ætas lunæ.

uiuimus facultatē. Secunda mercurialem: quādo literarū cytharæq; & palestræ similiūq; ludorū studiū exercemus. Tertia ueneriam: quādo turgent genitalia: & ad genituram incitamur. Quartam solarē: tūc enim regnat uigor ætatisq; perfectio properat ætasq; media. Quinta Marti ancillatur: in qua opes & uictorias concupiscimus. Sexta Iouiale sidus affectatur: quæ prudentiam & uitam actiuam ciuilemq; desiderat. Septima uero quæ fœculenta est ætas & frigida Saturnū habet ducem: in qua a generatione desistimus quæ uita nouissima est. Sunt autem hæc curricula septena tam breui spacio terminata ut homo cum ad metam septimam peruenerit: in primo adhuc stadio esse se credat: ut prius cursum peragat: q̄ ad cursuram succinctus accesserit: Deniq; ut prius mori se sentiat: q̄ uiuere inchoauerit. Audite quo rem deducam: si annus ille uerus est annus quem magnū: uel potius maximum uocant: quo eadem positio cœli siderumq; cursus existit: qui horum quos nos uocamus annorū millia aliquot cōplectitur homo nemo quātūuis annosus & senex dimidiatū uitæ mensem uixisse existimabitur: & ita nullus annus: nullus mēsis in æuo hominis uel diuturno numerabit̄.

Secunda Mercurii

Tertia ueneris.

Quarta Solis.

Quinta Martis.

Sexta Iouis.

Septima Saturni.

Quidā olim ex numero philosophorū librū cōdidit: quo docebat queādmodū homines nō senescerēt. & iuuenta perpetua iugiter fruerentur: uellem nobis aliquid ex eo medicamento propinari: quo nullū fo-

Liber: ne senescant homines.

ret preciosius si usquam reperiretur. Sed cũ nusquã reperiatur: nihil illo fabulosius. Meritoq; Galenus in libro περι τουμαρασμου.i.de tabe Philosophum illũ tanti muneris pmissorẽ: ut ridiculũ nugatoriũq; deridet: atq; subsanat: qui de hominibus non senescẽdis disciplinã pfessus tamẽ ipse consenuerit, similis a Democrito promissa uanitas de corporibus hominum reuiuiscendis: qui non reuixit ipse.

Galenus

Vanitas Democriti.

Ergo homo cum bulla sit eoq; magis senex ĩmortalia ne speremus: cũ nihil sit mortalitate nostra mortalius: ne spiremus superbiã cum nihil sit nostra fragilitate fragilius. Singulos dies singulas uitas putemus: euntes cubitum dicamus uixi: & quem dederat cursum fortuna peregi: ille enim beatus degit, cui licet in diem dixisse uixi. quis quis dixit uixi quotidie ad lucrum surgit. Sit mens nostra haud quaq̃ de crastino sollicita: nam qui pendet ex crastino perdit hodiernum. Tu quãcũq; deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu, nec dulcia differ in annum. Viue memor q̃ sis æui breuis. Deniq; simus memores illi9 oraculi famigerati quod inquit. γνωθι σαυτον cognosce teipsum. Quod q̃ late pateat q̃ multiformiter interpretetur anno proximo scite opinor copioseq; disserui. Itaq; cludamus prouerbialem hanc, homo bulla est, disputationem cum Plinio dicentes. Is demum profecto uitam æqua lance pensitabit: qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit, sed iam tem-

Vixi.

pestiuum est:ut exequamur reliqua propositi:& prouerbia prout cœpimus morali succulentaq; explanatione pensitemus. Vos ut cepistis attẽdite:succinctior enim breuiorq; in singulis deinceps ero:ut siqd nauseæ ex primi prolyxitate collegistis:id reliquorũ breuitate discutiam.

Paroimia. genu crure ꝓpius. Tunica propior pallio.

Paroimia Græcorum est γονυ κνημησ εγγιον. idest genu crure propius est:dicitur autem de his qui se ipsos magis q̃ amicos diligũt:cui cõsimile est illud apud nostros uetus uerbũ/omne sibi esse melius malle q̃ alteri:& illud/egomet sum proximus mihi:consimilis quoq; est illa prouerbialis plautina sententia/tunica pallio propior est.

Fratern9

Narrãt greci quẽdam cum uideret fratrẽ/& fraternum hoc est fratris filium bello oppressos periclitari: protexisse ex duobus fratrem: dixisseq; hoc ꝓuerbiũ γονυ κνημησ εγγιον.i.genu crure est propinquius: tãq̃ frater potius iuuãdus fuerit/q̃ fratris filius:cuius proximitas & gradus est arctior. Docemur autẽ hoc adagio:ut in nobis sit caritas ordinata:sicuti ecclesiastica documenta præcipiunt:ne ordine præpostero posteriores prioribus anteponamus.in plurimis autem ut inquit scitissime Origenes in cantici omeliis charitas inordinata conspicitur. Qui quod in primo loco diligere debent/diligunt in secundo. Quod in secundo diligunt in primo:& quod oportet amare quarto amant tertio.& rursus tertium in quarto.

Origenes Caritas inordinata.

& sic in plerisq; ordo est in amore præposterus: atq; confusus. Vnde fit. ut aliquando pallium tunica, & crus genu sit propius.

Ciuis externo anteponēd9

Lex naturæ deposcit, ut secūdum nos diligamus parentes dein filios, mox domesticos nostros: ꝑpior est colligatio interiorq; societas cum ciuibus q̃ cum externis: hinc illud exemplum dignum memoratu.

Exemplū Alcamēis Signifex.

Alcamenes Atheniēsis & Agoracritus parius in scalpēdo marmore significes clarissimi, Phidiæq; discipuli inter se ambo certauere in signo Veneris faciendo: uicitq; Alcamenes suffragiis Atheniēsiū: qui cōtra peregrinum ciui suo suffragati sunt ueluti concinentes: Tunica pallio propior est.

Nihil nobis chari9 q̃ nos.

Natura rerum parens induit nobis inoleuitq; in ipsis statim principiis quibus nati sumus: amorē nostri & charitatem ita prorsus: ut nihil quicq̃ esset charius pēsiusq; nobis q̃ nosmet ipsi: ut quisq; in se ipso suisq; rebus prouerbium comprobet. γονυ κνημης εγγιον genu crure proximius.

Philautia

Interdum tamē usu uenit. ut nimio nostri amore: & ut Græci dicūt philautia peccemus: quæ ueluti occæcatos reddit: & a recta semita transuersos trudit. ut uitia nostra excusare malimus q̃ excutere: ut dum illud pertinaciter asserimus Tunica pallio propior est: nec tunicæ nec pallii ueram rationem habeamus.


Ex hac nimirū philautia fit, ut unusq̃sq; se primū eius artis, quam profitetur artificē iactitet: ut sese in-

ter summi subsellii uiros ostentet: in secũdis tertiisq; consistere erubescens. hoc agitedum exemplis illustribus nec inuulgatis ostendatur.

Xerses ille potentissimus Persarũ rex: qui ut oẽs nouere/maria inambulabat/Terras nauigabat/cuius copiis militaribus flumina nõ suffecere: cuius classibus angusta fuerunt maria: qui multitudine sagittatum cœlum obumbrabat: indicto bello terribiliter græcos inuasit. Sed sicut introitus in græciam fuit formidandus. Ita exitus erubescendus. siquidem nauali apud salaminam prælio profligatus fugitiuo similis e græcia turpiter aufugit. Exẽplũ notabile Xerxes.

Græci post partam inclytam uictoriã: & prædam hostilẽ dispartitã ad isthmũ nauigauere: daturi præcipuum præmiũ græcoꝝ meritissimo: qui in hoc bello præclarissime rem gessisset. Itaq; iussi duces sunt suã quisq; sentẽtiã scriptã deferre in aram Neptuni: quẽ nam ex omnibus primũ/& quẽ secũdum iudicarent. Ecce tibi philautia. ecce tunica pallio ꝓpior. Quisq; se primũ scripsit: se se illum qui præstãtissimus oĩum extitisset existimans. Secũdas uero partes ferme oẽs dedere Themistocli/ex quo is primus recte iudicatus est: qui cæterorum iudicio secundus habebatur. Quis primus. Quis secundus. Quisq; se primũ scribit. Themistocles secũdus iudicatur.

Cõsimilis philautia: & nimius sui amor apparuit in illis quoq; laudatissimis artificibus/qui uenientes in certamen/fecerunt ex ære Amazonas/quæ cum in tẽplo Ephesiæ Dianę dicarent placuit eligi ꝓbatissi-



mam ipsoꝝ artificũ q̄ pręsentes erant iudicio: Quisq; suam primã iudicauit/cum omnes secũdã a sua Amazonem Polycleti iudicassent. Itaq; illa cũctis prælata est. & prima merito habita: quæ omnium iudicio secundas obtinebat. Iccirco illi castigatione censoria digni uidentur: qui se ipsos maxime amant: qui græco uocabulo φιλαυτοι idest sui amatores appellantur.

Amazon Polycleti cũctis antepo sita.

Phil auti.

Sit equidem in beneficiis dandis tunica pallio propior sit & genu crure proximius/ut scilicet ĩ amicum magis q̃ ignotum benefici simus: ut domesticum/ut necessarium/ut familiarem extrariis anteponamus: ut nostris prius q̃ alienis opitulemur: hæc est ordinata charitas: hic ordo diligendi. Sed sæpe multa interueniũt propter quæ magis peregrinus q̃ ciuis/extrarius q̃ domesticus sit fouendus: subleuandusq; : Quod nisi feceris male audies infamiaq; pulsaberis : Apud maiores hoc obseruatum ẽ ut in opera dãda officioq; faciundo hospites cognatis affinibusq; anteponerentur/essentq; potiores.

Hospites cognatis antepone bantur.

Et sane Romani quoꝝ exẽplis latina micat historia/tãtopere alienigenas fouerũt/ut peregrini Romæ regnauerint. ut Claudia gens ex Sabinis in Patricios cooptata sit/ut Portii tusculo. corũcani camerio in senatum asciti sint ut Cor. Balbus maior/homo externus & in extremo oceano genitus. hoc est Gaditanus ad fastigium cõsulatus aspirauerit. deniq; ut iuridicũ magistratũ romæ eẽ uoluerit/qui ius diceret pe-

Peregrini electi in senatum.

Cor. balbus maior.

culiariter pegrinis.uñ & pegrinus ꝑtor nũcupatus. Pretor pe regrinus.

Itaq; decet uirum prudentem solerter cuncta perpendere & prouerbii meminisse. Quatenus res/ratioq; permiserit. Alioqui si dixeris/tunica pallio propior est/ita retaxari poteris. Nec pallium/nec tunica quid sit/satis probe nosti.

Aristoteles in.ix.Ethicorum meminit huisce pro uerbii græci.γομυ κνημμησ εγγιομ.memorat & illa ισοτησ φιλοτησ.i.æqualitas amicitia/& μια ψυχη anima una.& φιλωμ παμτα κοιμα amicorum oĩa communia/ostendens hæc uniuersa competere ad eũ qui maxime sibi est amicus/& ꝙ se ipsum maxime amare oportet.Quod totum discerniculo Philosophico diiudicat/& philisophica grauitate perpendit: hoc modo.Bonum inquit uirum oportet.φιλαυτομ ειμαι.i.sui esse amatorem.Nam & sibi ipse & cæteris proderit agendo honesta.prauum autem non oportet:nanq; & sibi nocebit/& propinquis:affectus prauos sectando.Demus ergo operam ut boni simus. ut & nobis & cæteris prodesse possimus:ut φιλαυτοι idest nostrimet amatores cũ laude dicamur. Deniq; ut possimus decenter dicere & conducenter:γομυ κνημησ εγγιομ genu crure propinquius/& Tunica pallio propior est. Aequalitas amicitia. Amicorũ oĩa cõia.

Paroimia apud Græcos inclyta est. μομοσ και χωρα idest lex & Regio:qua significatur ꝙ non omnibus unus est uiuendi mos.non lex non cultus/ Prouerbium. Lex & regio.

3

Sed singulas nationes propriis uti legibus/& singulis gentibus suos esse ritus peculiariaq; instituta. unde ius ciuile uocatur Iureconsultis ius proprium cuiusq; ciuitatis/quæ & iura municipalia dicuntur. uerum cum uarietas abstergeat aurium fastidium/sitq; ut camenæ græcę canunt/omnium iucundissima/hac utemur uarias capitulatim memorantes Priscarum nationum leges & ritus.

Ius municipale.

Gordiorũ populoꝝ lex est/ut regẽ eligant eũ:qui sit ipsorũ pinguissimus habitissimusq;. Vbi strigosus & Macer de regno nõ cogitat. Syrracei Regẽ faciunt procerissimũ grandissimũq;. Vbi Pomilionibus & Pygmeis nulla aspirandi ad regiũ fastigiũ spes. Carthaginenses imperatorem eligũt nõ secũdũ nobilitatem sed secũdum uirtutẽ. Vbi stemmata imaginesq; fumosæ nil ꝓsunt nobili ignauo & inerti. Iidem pueros patricios ingenuosq; Saturno ĩmolant. unde fit, ut apud illos malis celebs esse q̃ maritus/orbus q̃ pater:hanc legem terram:& inhumanę crudelitatis plenam signat Silius his uersibus:

Rex eligitur pĩguissimus. Rex fit amplissimus Imperator ob uirtutẽ. Pueros saturno uictimant.

Mos fuit in populis quos condidit aduena Dido
Poscere cede deos ueniam/ac flagrantibus aris
Infandum dictu paruos imponere natos.

Persæ inter uina magnis de rebus cõsultant:quas firmiores putant q̃ quæ in sobrietate tractantur: Vbi Hydropotæ idest aquæ potores ut mali consiliatores exploduntur: Vbi consiliariis abstemiis: & inuiniis

Hydropotæ. Inter uia cõsultatio Inuinii.

nō est locus. Item reges ut deos uenerantr: ea adora-tione quæ προσκυνησισ uocatur. Apud eosdē filius ante quinqueniū in cōspectū patris non uenit more probatissimo. siquidem decedens inter educationem ætate illa infantili/nullum uel minimum affert patri mœrorē tristiciāq;. Consimilis quoq; gallorū mos: qui suos liberos nisi cū adoleuissent palā ad se adire non patiebantur: filiūq; in puerili ætate in publico in cōspectu patris assistere turpe ducebant. Apud eosdē pro uictimis homines immolebantur.

Proscynesis.

Filius an quinqueniū a patre nō uisitur.

Apud parthos plures uxores uni uiro maritantur. & cum commodius sit/ut una duobus nupta sit: q̄ ut uni duę nubant: illi per innumeras cōiuges uolutantur: instar gallinaceorū salacissimi. Neq; salacitate nimia fatiscentes. Quibus herba illa theophrasti habēda foret: cuius tactu auctor ille grauis tradidit septuagesimo concubitu durare libidinem.

Herba theophrasti ad coitum.

Apud eosdem lex erat/ut filias: sorores matres quoq; ipsas in matrimonium ducere liceret: & quæ apud nos infanda sunt coniugia/apud illos legitima habebantur: quod totū ut barbaricum ac detestabile prorsusq; ferinum sic sugillat & execratur Lentulus apud Lucanum.

Lucanus in incestū Parthorū.

Num barbara uobis
Est ignota Venus: quæ ritu ceca ferarum
Polluit innumeris leges & federa tedæ
Coniugibus: thalamiq; patent secreta nephādi

Inter mille nurrus: epulis uesana meroq;
Regia non ullis exceptos legibus horret
Concubitus. tot fœmineis complexibus unum
Non lassat nox tota marem: iacuere sorores
In fratrum thalamis sacrataq; pignora matris.

Magi ex cōcubitu matris & filii.

Magi quoq; qui Philosophi sunt Persarū ex ritu diræ superstitionis nascunť ex infando matris filiiq; concubitu. Quod & Catullus ostendit illo uersu.

Nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet:
Si uera est persarum impia relligio.

Apud eosdem fas nō est expuere in mare/lauare cor/pus in flumine/& meiere in amnicas aquas: naturā eam talibus usibus uiolari existimantes.

Trausi

Luctuosa puerperia.

Trausi: qui sunt Thraciæ populi habent luctuosa puerperia funera lætabūda. nāq; edito puero: propinqui eum circūsidentes cōploratione ꝓsequunť. recē-sentes quascūq; necesse est illi: q; uitam ingressus sit: perpeti humanas calamitates: eum uero qui fato functus decesserit per lusum leticiamq; sepeliunt referē-tes quot malis sit liberatus: tanq̄ mors eripiat homines a malis nō a bonis. Res hæc in ædibus Bentiuo-lorū in ambulacro uiridarii graphice depicta est Monochromateo genere picturæ: cui subscriptum legitur nostrum hoc monostichon.

Hi uitæ erumnas deflent.

Hi uitæ erumnas deflent: hi funera plaudunt.

Massagetæ.

Massagetæ in uia in propatulo/sine pudore concumbūt tanq̄ cynicoꝝ dogmata probent: & Cratetis

sectentur exemplum.qui in porticu in loco celebri coram luce clarissima cum uxore Hipparche concubuit: quos Zeno iniecto palliastro a circunstantis coronæ obtutu defendit protexitq;. — Exẽplũ Cratetis.

Alani Creophagi sunt hoc carnibus est alunt̃ pane non uescentes a dogmate Pythagorico deuii penitusq; abhorrentes. — Alani creophagi.

Ichthiophagi solis piscibus uictitant/unde & nomen tanquam illorum sectam emulentur/quorũ uita pisculenta est/esu carnium interdicto. — Icthiophagi.

Galactopotæ lacte nutriunt̃/qđ & nomẽ ostẽdit. — Galactopotæ.

Aegyptioꝝ mos iste cõuiualis memorat̃.ex ligno simulacrum mortui factum longitudine cubitali simillimum uero circunfert unus in cõuiuio/ostẽdẽsq; id singulis coepulonum ait/tu in hũc intuens.ede bibe lude talis post mortem futurus/ Quem ritum signat & Silius canens/ægyptia tellus
Corpora & a mẽsis exanguẽ haud separat umbram. — Mos ęgyptiorum. Ede bibe

Iidẽ ægyptii sed & æthiopes:& Colchi circũcidũt genitalia:qđ nũc ꝑpe peculiariter iudęi obseruant:q̃ octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros circũcidunt.Iidem quolibet die Saturni:hoc est singulis sabbatis feriati ociant̃.Quod illudit Seneca ostẽdens septimã uitæ partem perdere iudęũ.cui ut inq̃t Satyrographus septima quæq; fuit lux
Ignaua:& partem uitæ non attigit ullam. — Circũcisio. Sabbatũ dies saturni.

Germanorum uita oĩs antiquus in uenationibus consistebat.omnes instrumento uenatorio instructi — Germanoꝝ uita ĩ uenatu.

feras uestigabant. ita duriciei corporis firmitudiniq́ studentes. Quod genus exercitationis. ut uirile maxime probat Plato libro. vii. de legibus.

Possem exempla hoc genus prope infinita congerere. sed occurrendum est sacietati: cum satis superq́ constet ex antedictis uerum esse prouerbium. quod ait. νομοσ και χωρα. lex & natio: ex quo illd quoq́ commonemur plus in hominibus pollere leges & ritus q̃ uim sideralem: qua mathematicis cuncta cõfieri est persuasissimum. Nec enim ulla positura stellarum & radiatio esse potest: quæ omnes iudeos impellat ad circuncisionem octaua die faciendam: ubicũq́ nascantur: nec possibile est omnes eundem habere horoscopum eandemq́ genituram: sed ex præscripto legis hoc fieri certum est. Sic & Christiani tincti fiũt hoc est baptizati nõ ex sidere natalitio: sed ex dogmatis nostri instituto.

Plus lex pollet q̃ sidera

Tĩcti christiani ex lege.

Nec apud Parthos: ac Persas Magussei: sic enim appellantur incesta matrimonia ineuntes: habẽt oẽs in natiuitate Venerem in domo Saturni cum Saturno coniunctã: quæ radiatione Martis maleuola aspiciatur. nec Germani omnes habent Horoscopum in quarta parte Leonis: nec oriente canicula nascuntur: quibus sideribus horoscopantibus: ex sideralis scientiæ placitis uenatores producuntur.

Magussei qui.

Apud Getulos lex est a mulieribus agros coli: domos ædificari: omnia odoramenta unguẽtaq́ asper-

Lex getulorum.

nantibus: uestes quoq; infectu coloris preciosas fasti dientibus: econtrario uiri hisce omnibus oblectantur cum sint tamen bellicosissimi. nec tamen dicendũ est fœminas omnes Getulorũ in Capricorno aut Aquario male affectam Venerem habuisse: nec uiros oĩs in Ariete una cum Marte Venere constituta natos esse: Quod fortes simul & delicatos efficere uiros Chaldeorum siue Mathematicorum decreta conclamant.

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem delassare ualẽt Fabium. Sat nobis sit summatim ista libasse: nec in hæc diuertisse fuerit alienum propter innulgatam assertionẽ: qua traditum est, omnia quæ agunt homines, & minutissima quæq; fieri ui siderali fatiq; decreto. Nos potestati stellarum multa imo maxima tribuimus: Non inficiamur terrena cœlestibus ancillari: esseq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales: quod & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem arbitrii & legem & consuetudinem plurimum pollere in hominibus alacriter asserimus: id quod præter, cæteros sentit Apollonius Tyaneus: qui ait apud Philostratũ homines naturæ legiq; seruire. Alioqui si homines nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciãt sed ducẽtibus stellis & aurigãbus: plane homines nõ λογικα ζωα idest rationalia aĩalia: sed ludicra quædam præstigiatorum & ridenda neruis mobilia esse uidebuntur.

Apollonius. Hoĩes seruire legi.

Ex hoc eodem prouerbio. quod est νομου και

Χωρα lex &:natio/admonemur/pulchrum esse multas terras peragrare/multarum nationũ leges & mores inspicere. Pars sapientiæ non minima est nouisse gentes multiiugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas illos singulari prẹditos sapientia fuisse declarant:qui peregrinatores extitissent multaqꝫ loca erroribus diuturnis peragrassent. sic ille ingeniorum fons Homerus Vlyssem prẹconio uirtutis extollit:qui mores hominum multorum nouit & urbes. Ex hac laude censendus est Protonotarius meus Bentiuolus: qui suscepta hierosolymaria peregrinatione:uoluit prẹsens oculis contemplari loca religiosissima: quæ auribus absens celebrari quotidie inaudiebat:qui cum plautino milite congruens dicente pluris oculatus testis unus q̃ auriti decem. Duce religione intrauit maria magnas terras obeuntia/& penitissimas iudẹæ gentes accessit. Hierosolyma quem iudææ umbilicum tradunt introiuit:ubi tẽplũ illud Solomonis famigeratum:& cætera monumẽtis historicoꝝ loca celebrata ꝑspexit. Syon ascẽdit:quẹ arx uel specula interpretatur. Vbi sepulchrũ Domini sanctitudinis & uenerationis plenũ uenerabũdus salutauit:& sane sacram scripturã lucidius is intuebit͛:ut inquit diuus Hieronymus:qui iudæã oculis contemplatus est. Sicut græcorum historias magis intelligũt qui uiderint Athenas. Laudabile est fuisse hierosolymis:& si laudabilius est hierosolymis bene uixisse. Cõmonefacit nos

Peregrinatio laudabilis.

Protonotarius Bẽtiuolus petiit hierosolosolyma.

Pluris oculatus testis q̃ auritus.

Vmbilicus iudeẹ

Syon specula.

frugiferum hoc prouerbiũ νομος και χωρα ut ex contemplatione uariarum nationum & morum: quæ laudabilia sunt & sancta emulabundi sectemur: quæ culpabilia & obscena factu uitabũdi repudiemus.

Paroimia græcorũ ẽ τρυγονος λαλητερος turture loquacior: quæ de loquutuleis: & blacteronibus atq; in uerba prouectis hominibus dicitur: quoniam turtures non solum ore: sed etiam posterioribus mẽbris resonare ac obstrepere creduntur. Docemur hoc prouerbio salubriter & scite ne simus futiles: & imo dici loquutores ne os nostrum scateat uerbis lapsantibus, ne loquacitatis neuo deuenustemur: cui cõsimile est alterum illud. το δωδωναιον χαλκειον lebes dodoneus cuius meminit Menãder. Fuit enim dodone lebes æneus supra columnam in sublimi positus, puer autem & ipse ex ære febrefactus in altera cominus columna constitus flagellum æreum tenẽs flante uento lebetem æneum persæpe circũactus percutiebat, & ita diu lebes ille resonabat. Vnde adagiũ hoc ortum est de garrulis & nimium diu tinniẽtibus. Quod ne de nobis merito dicatur, etiam atq; etiam cauendum est. Natura nos tacita quadam institutione formauit ad parciloquium quæ duas homini aures dedit, os unum: ut plura uidelicet audiret q̃ loqueretur. In multiloquio ut inquit Solomon in prouerbiis peccatũ nõ deerit. Contra sermoni parci. multis de causis salutare est: ut inquit prudẽtissime Plinius.

Prouerbium. Turture loquacior. Lebes dodoneus.

Multi impẽdio loquaciores sępenumero uoces effutiunt: quę mox per iugula reuertuntur: & sæpe lubricum linguæ trahitur ad pœnam: quãuis Iureconsulti non trahendum esse præcipiãt ad legem Iuliã maiestatis. ut inquit ille. Nescit uox missa reuerti.

Lubricũ linguæ.

Et simul emissum uolat irreuocabile uerbum.

Hinc laudatus Xenocrates ille Platonicus: qui cũ maledico quorũdam sermoni taciturnus interesset. uno ex his quærente cur solus taceret/ scitissime respõdit/ quia dixisse me inquit aliquãdo pœnituit/ tacuisse nunq̃. Græci dicũt ψυθιρον ανδρα εκβαλε στησ οικιασ. idest hominem loquacem ex ędibus tuis explodito. cui concinit symbolum illud Pythagorę/ hirundinem in domo non suscipiendam/ quod significat garrulos & uerbosos homines sub eodẽ tecto non habẽdos. hic est ille Pythagoras primus philosophiæ nuncupator qui loquacitatem improbans discipulos elinguabat nihil eos prius docens q̃ tacere. Vbi autẽ silentio eruditi & εχεμυθιαν idest taciturnitatẽ bene didicerant/ tunc uerba facere & quę opinarent̃ expromere potestas erat: sed hoc erat primum sapiẽtiæ redimentũ meditari condiscere/ loquitari dediscere. nec omnes pari tempore elingues: sed alius plus alius minus tacebat: loquaciores in quinquẽniũ uelut exilio uocis puniebantur: bonum est auditores optimi nõ nũq̃ pythagorissare & εχεμυθιαν pythagoricã perdiscere: idq; facere: quod Melissiũ Męcenatẽ fa-

Xenocratis respõsum.

Symbolæ pythagoræ.

Hirundo eliminanda.

Silẽtium pythagoreorum.

ctitasse accipimus: qui silẽtium triẽnio sibi impauit. In sacris Priscorũ Ethnicorum: hoc est gentiliũ silentium tanq̃ salutare præcipitur/in quibus notissimũ est illud uerbũ. Fauete linguis/quo silentiũ imperatur/ut rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepẽte. alterũ est sacrificale uerbũ minus uulgo notum in eãdem sentẽtiã/pascito linguã hoc est coerceto/contineto taceto. Nãq; ut scitissime refert Hieronymus & in Decretis canonicis. Dist. v. de consecratione repetitũ est/uerborum multitudine non flectitur deus/qui non tam uerbis q̃ corde est adorandus. hinc in cerimonia Romanorum diua Angerona digito ad os admoto silẽtium denũtiabat. huc quoq; pertinet Arpocrates ægyptyacæ religionis deus: qui figurabatur ore obsignato uocẽ premens digitoq; silentiũ suadẽs. Cũ igitur silẽtium salutare sit garrulitas stulta & detrimentosa/caueamus ne de nobis prouerbia duo merito dicantur: τρυγονος λαλιστερος. i. turture loquacior & Δωδωναιον χαλκειον. Dodoneus lebes. Ne similes simus mulierculis: quæ lingulacæ sunt & largiloquę: de quibus dictũ est. nullã inuentã esse mutã in omni sæculo: & cũ nihil æque fœminas ornet ac silentium quod græce dicitur σιγη κοσμον φερει ταις γυναιξι. Fœminæ nostri sæculi hæc ornamenta non norunt: hunc repudiãt. & schola Pythagoræ obturata gymnasium loquacitatis aperuerunt. ubi sine doctore dociles: immo ubi omnes magistræ sunt: tam ueteranæ q̃

Silẽtium

Mecœnatis.

Fauete linguis.

Pascito linguam.

Angerona.

Arpocrates.

Lingulacæ fœminæ.

Gymnasiũ loquacitatis.

tyrunculæ. Vbi tot pariter pelues & tintinabula dicas pulsari. Etenim ut inquit uerissime Plautus supellex muliebris est clamor.

Vallũ dẽtium. Nos uero decet meminisse: quẽadmodũ natura uallũ dentiũ opposuit petulẽtiæ uerborũ cohercẽdæ. Quod Homerus appellat. ερκοσ οδοντων. ut ita uerba: quæ uolantia poetæ appellant detractis pinnis intra sepimentum hoc cohiberentur. bene enim existimatum est orationem non in ore nasci debere: sed in pectore. linguamq; quibusdã quasi uinclis suffrenandam. Nam ut inquit Hesiodus.

Hesiod9 γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισιν αριστοσ idest optimus est homini linguæ Thesaurus.

Ennius. Ennius in hoĩe graphico absolutoq; laudat imprimis linguæ parsimoniam. illo uersu. Secunda loquens in tpe cõmodus & uerborũ uir paucorũ. Oratio Flacco datum est uaticinium: Garrulus hũc quãdo consumet cũq;: loquaces: si sapiat: uiuet. Nos ergo ne garrulorũ garrulitate conficiamur uitemus loquaces: & ipsi procul simus a Tersita homerico: quẽ αμετροεπη. i. sine fine uerba fundentem: Maximus poetarum esse scribit. Tacẽdum semper est ut olim dixit Maro noster nisi cum aut taciturnitas sit obfutura. aut Oratio profutura. Græci canunt. κρειττον σιωπαν η λαλειν α μη πρεπει. & ουδεν σιωπησ εστι χρησιμωτερον. idest melius ẽ tacere q̃ loqui indecora/nihil silentio est utilius.

Tersites homericus.

Ego adeo prouerbiũ hoc cauẽdũ cẽseo: turture loquacior, ut suadeã potius illud alterũ τεττιξ ακανθιμοσ. i. cicada acanthina: & illud βατραχοσ σεριφιοσ idest rana seriphia: quod de mutis dicitur: & taciturnis. siquidẽ mutas esse ferũt minimeq́ canoras acãthinas cicadas: & itẽ ranas in Seripho insula obmutescẽtes progigni: Malim equidẽ dici ut ẽ in alio græcorũ prouerbio. κωφοτεροσ κιχλησ idest taciturnior turdo: q̃ turture loquacior. sed cũ uirtus sit quędam: ut Græci dicunt μετριοτησ. idest mediocritas nolim tamen ita seruare silentiũ: ut silẽtio peream. id quod amyclis ferunt contigisse. Vnde scite Lucilius. Mihi necesse est loqui. nam scio amyclas tacendo perisse. Scitũ quoq́ ẽ illud. Caput sine lingua pedaria sententia est: & ut inquit Flaccus. Cũ uitant stulti uitia in contraria currũt. Ego in me cupio probari illud Oratianũ. Dii bene fecerunt inopis me. quodq́ pusilli finxerunt animi raro & perpauca loquẽtis. Lingua quæ animi interpres est: ut ait Lucretius animi sensa expromat nõ ineptias. Occurrat hoc in loco fortassis auditor Catus & solers inquiens. quid tu magister, qui tantopere probas laconismon. & laudas linguæ parsimoniam tam linguax es & largiloquus. cur quod in aliis carpis. id in te insigniter ostentas?

Audi auditor bone. loquacitatem futilem & inscitam taxamus: multiloquium carpimus: in quo nulla subiecta sententia est: nec scientia. Sed si orator ex

τρυγονοσ λαλητεροσ

Cicada acãthina.

Rana seriphia.

Taciturnior turdo.

Amyclæ silẽtio periere.

promptuario litterario erudita depromit idq; lõga facit oratione:non tam loquax q̃ facũdus est habẽdus. nec illa tã loquẽtia existimãda q̃ eloquẽtia. Ciceróis oratio ut ꝓximo utar argumẽto ea dicit᷑ esse optima: quę ẽ longissima:qd ita? Quia eloquẽtissimus, eruditissimus elegãtissimus ẽ:hęc aũt fandi copia:& dapsilis dicẽdi ubertas cũ in cæteris Tullianis uolumibus elucet/tũ in orationibus ẽ eminentissima: de quibus dicere possumus id quod de Platonis oratione Phauorinus dicere solebat: si ex Ciceronis orationibus uerbum aliquod demas mutesue:atq; id cõmodissime facias de elegãtia tamẽ detraxeris. Nõ sunt longa quibus nihil est quod demere possis:& sicut arbores nihil perinde ac proceritas atq; altitudo commendat. ita Ciceronianas orationes nihil magis q̃ copia atq; ubertas exornat:quarũ uirtutes multiiugæ sigillatim quotidianis lectionibus explicabunt᷑:& sole clarius apparebit:ꝙ prouerbium. τρυγονος λαλητερος Turture loquacior. non cadit in Ciceronem:nec in alterum quẽpiam/qui fluento eruditæ ac lepidæ orationis inundet. sed in eos:qui cum loqui nesciant tacere non possunt qui futili garrulitate diffluentes ea loquitant᷑:atq; deblacterant/in quibus nec pes nec caput appareat. De qbus dici potest tertiũ quoq; illud frequens apud Græcos adagium. γραων ὕθλος. i. anicularꝫ deliramenta & nugæ. Quod uitium procul abfore dictis nostris scriptisq; promittimus. Quod

Loquẽtia eloquẽtia

Phauorinus đ oratione platonis.

Vetularũ nugæ.

ut impręsentia re magis q̄ uerbo præstem/compēdiosiora percurram:& quātum ad hoc prouerbium pertinet uerbum non amplius addam.

Prouerbium est platonicum.αμαγκη ουδε θεοι μαχομται.idest aduersus necessitatē nec dii quidē pugnāt:quo significatur necessitati nihil resistere:ac reluctari posse:Apud Liuium ait.L.Lentulus pareatur necessitati:quā ne dii quidem superāt:Apud eūdem inquit Messius Volscus:necessitate:quę ultimū ac maximum telū est superiores estis.Scite & eleganter a Palladio dictum est.Necessitas feriis caret.Dixit Dionysius necessitati etiam dei cedunt:Iosippus in bello inquit nihil est necessitate pugnacius.

Necessitati cedunt dii.

Liuius.

Palladi9.

Dionysi9

Iosippus.

In Decretis Canonicis.D.prima de cōsecratione. Necessitas legem non habet.A Valerio Maximo/ Necessitatis leges amarissimæ:& imperia truculētissima optimo Epitheto nuncupātur.Plato & Plotinus Platonicus doctissime scripserunt parcas αμαγκησ idest necessitatis filias esse:quæ una cum matre fusum torqueāt:& in cuiusq; generatione conuoluant. hinc Platonicus alter non minus nobilis Apuleius noster Deum inquit ultrix necessitas semper & ubiq; comitatur.Ille quoq; ter maximus/ut nomine ipso apparet:Trimegistus docet quemadmodum ειμαρμεμη idest fatum & necessitas ambę sibi inuicem indiuiduo cōnexæ sunt glutino:quatum prior.ειμαρμεμη rerum omnium parit initia.Necessitas uero

Parcæ filiæ necessitatis.

Apuleius

Trimegistus.

cogit ad effectum.

Philosophandũ paucis. Verum cum philosophandũ sit iuxta Neoptolemum Ennianũ paucis. Iã a sublimioribus ad humiliora: a Philosophicis ad historica transiliamus. quæ oppido iucundiora sunt. Et cum multa sint ueterum memoriarũ documẽta qbus manifestissime demonstrat̃ necessitatẽ eẽ ineluctabilẽ ĩuincibileq; : erimus in præsentia cõtẽti hoc uno exẽplo: quod præ manibus est: quod ab re: quam molior haud quaq̃ ẽst alienum: & αμαγκη de qua loquor accommodatissimũ.

Historia recondita memorabilis. Cõuiuiũ Attagini. Attaginus Thebanus cõuiuio magnifice lauteq; apparato Mardoniũ ducẽ Persaꝝ/& cũ eo honoratissimos Persas numero quinquaginta/totidẽq; Thebanos inuitauit. eosq; in mensa alternos Persam & Thebanũ discumbere iussit. Aderat & huic conuiuio Thersander Orchomenius claritudine nataliũ insignis: secundum cœnam cũ libero patri parentarent: & poculis ĩdulgerẽt. Persa ille/qui iuxta Thersandrũ recumbebat. hominẽ ut fit in couiuali hilaritate interrogat cuiatis esset. Ille respondet/se Orchomeniũ esse. Tum Persa quoniam inquit tu mihi mẽsę consors & compransor es effectus: uolo tibi sententiæ meæ relinquere monumentum: ut ipse quoq; præscius huius rei queas tibi consulere. cernis hos Persas cum Mardonio acceptos in conuiuio opipare ac magnificenter: Et copias quæ in castris nostris relictæ sunt: horũ omnium paruo post/tempore paucissimos cernes su-

perstites:& inter loquendũ lachrymas ubertim effudit. Tũc Thersander ea oratione attonitus ad persam inquit non ne Mardonio hæc expedit dicere & his Persis: qui secundum eum sunt in existimatione? ille autem subiecit uerbum dignũ memoratu. O hospes inquit: quicquid ex deo fieri oportet id homini ineuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquã uult: hoc permulti persarũ scimus & tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. hæc Persa Thesandro Orchomenio denarrauit ueridicus prorsus uates. Siquidẽ mox paulo apud plateas prælio iusto uicti & magna occidione occisi euidẽter ostẽderunt necessitatẽ esse insfugibilem: & illud esse uerissimum: quod uelut ex oraculo cecinit Cleantes. Ducunt uolentem fata nolentem trahunt.

Scitũ psæ

Mardoniũ sequimur necessitate.

Insfugibilis necessitas.

Ex hac necessitatis lege. quæ impotentissima est factum est ut ego nõ Apuleiũ prout uolebã destinaueramq; : sed. M. Tulliũ de quo nihil penitus cogitarã cogar publice profiteri. cur hoc? dicã si potero. Dederam cõmẽtarios meos Apuleianos Benedicto bibliopolæ primi nominis eidemq; Chalcographo: hoc est impressori elegantissimo iam pridẽ imprimendos: ut opus absolutũ: hoc maxime tẽpore, quo studiorũ culturam auspicamur in publicũ exiret ac promulgaretur. idq; se facturum impressor ipse recœperat. iamq; res bene succedebat. cum ecce penuria chartæ quis crederet? opus hæsit inchoatum: & enim proxima æstate,

Benedictus Bibliopola & impressor.

quam torrētissimā perpessi sumus siccitate tāta laboratū est/ut chartarii officinatores chartas glutino per currere & cōsequēter peragere nequiuerint. Itaq; hęc ciuitas: quæ alioqui chartā finitimis populis affatim solet subministrare īopiā chartæ sensit. cuius usu cōstat īmortalitas hominū. Nec hoc cuipiā mirū uideat̄ cū Tiberio principe sterilitatē chartæ romana quoq; ciuitas senserit: factūq; sit rei tam necessariæ inopia: ut e Senatu darent̄ arbitri chartæ dispensandę. alias in tumultu uita erat. Ergo igitur cum Apuleius a carceribus ad metas impressorias progredi nequiuerit ex animi nostri sentētia/feci iuxta uetus uerbū illud ut quimus aiunt/quando ut uolumus non licet/& iuxta illud alterum. Si non potest fieri quod uis/id uelis quod possis. Dedi manus αναγκη idest necessitati/cui uelis nolis parendū est/quā ne deus quidem superat. Verū memor ueteris prouerbii/quod ait gladiatorem in arena capere cōsiliū/nec illius sententiæ oblitus/qua aiūt consilium sub manu nasci debere/ e uestigio me ipsum consului nescio an bonū consiliariū/consilioq; domestico usus statim censui nihil fieri posse cōgruentius/nihilq; auditoribus utilius/q̄ ut maximo Poetarū/maximus oratorū copularetur. Itaq; Lucio Apuleio/quem necessitas uetat. M. Tullium subdidi succedaneū: quod sane bono consilio factum uideri potest. ut scilicet duo columina doctrinarum alter Poetarum inclytissimus: alter oratorum

Sterilitate chartæ laboratū

Vt q̄mus

Consiliū sub māu.

Columīa doctrina rum.

Deus.ambo extra omnem ingenii aleam positi iunctim irent.Iunctimq; enarrarentur:& me hercules in utroq; omnes fandi uirtutes elucescunt:de quorũ laudibus:melius est ad præsens tacere q̃ pauca dicere:cũ ad laudandum pro merito Virgilium & Tullium. Virgilio & Tullio laudatoribus opus sit.præterea in libro Orationum mearum extant utriusq; scriptoris luculenta præconia.

Cæterum ne Parthis mendacior ut dicitur inueniar:neue dicar ut est in ueteri græcorum prouerbio κρητίζειν hoc est Cretas mendaces imitari:tantisper orationes Ciceronis enodabimus/Donec impressor Apuleanis interpretamentis extremam manum imposuerit. Imponetur autem continuo post solemnia domini natalicia Christianorumq; saturnalia:tũc fidem exoluam/tunc nomen expungam:& quod iam diu promisi re ipsa præstabo:erit autem hæc ꝓcrastinatio scholasticis oppido q̃ conducibilis. Nanq; interea aliquot Ciceronis orationes explicabunt̃ a nobis:ea diligentia:eaq; omnifaria eruditione:ut ianua laxissime reserata reliquis deinceps orationibus omnibus uideri possit:ut q uel paucissimas audierit.cæteras sine interprete citraq; doctorem adire ipse & per se intelligere queat/haud sane difficulter.Anno autẽ a salute domini Millesimo quingentesimo:quem Iubileum nominitant.perinde ac auspicatissimo & memorãdo anno Apuleiũ fauste ac feliciter initiabimus

Parthis mẽdacior κρητίζειν

Et quoniam iubilei facta est mentio: non fuerit ab re pauca quædam ad iubileum pertinentia: hoc potissimum loco explicare. Vos ut cœpistis quæso libētib9 animis & auribus auscultate.

De iubileo scitu dignu.

Iubileus quid.

Iubileus res est & dictio iudæorū: apud quos q̄nquagesimus quilibet annus erat sacrosanctus. Nam ut in leuitico scriptum legimus. Deus Mosi qui cum familiariter loquebatur præcepit ut annū q̄nquagesimum sanctificaret: eoq; remissio daretur cunctis iudææ habitatoribus. Itaq; omnis uenditio redibat ad dominum omnis possessio ad pristinum possessorem. creditores a debito relaxabantur. serui libertate donabantur: & ob iubilei sanctificationem agri erant feriati: ex hoc inditum est iubileo nomē. Quod lingua hebraica: ut docet Iosephus ī libris antiquitatum. significat libertatem. Quidā inter quos est Nicolaus de Lira tradunt hebraico uocabulo buccinam Iobel nuncupari. Vnde iubilei nomē inclinatum sit: propterea q̄ buccino tubæ & clangore: mense septimo iubileus denunciabatur. Petronius arbiter iubileum annum remissiuum significare auctor est. Item eo pētateuchi libro: qui inscribitur numeri. Iubileus interpretatur annus remissionis. Sicut ergo apud iudæos iubileo remissio dabatur rerum corporalium. sic nunc apud Christianos Indulgetur remissio uel ut utar uocabulo Cypriani. Remissa peccatorū atq; noxarum. legitimus autem iubileus est quinquage-

Remissa noxarū.

simo quoq; anno: qua in re subit admirari iudaicam institutionem: quæ ex contemplatu numeri septenarii: qui numerus est perfectissimus: iubileum obseruandum pręcepisse uideri potest. Septem enim annorum hebdomades. hoc est anni septies septẽni conficiunt climactera uitæ humanæ periculosum: ut merito post numerum potentissimum eundẽq; in hominibus efficacem: De quo in libello septem sapientum copiose diserui: subsequatur annus iubileus plenus bonorum/ & beatitatis: quem cuncti mortales faustũ fortunatumq; ac felicem ominantur & optãt: quo cupimus animis corporibusq; defecatis mundi puriq; & perinde fœlices reliquum æuum posse traducere.

Sicut ergo Prisci: quorum institutionibus: uita nostra formatur: kalendis Ianuarii principio anni auspicabantur suas quisq; artes: & litibus supersedebant & dulcia gustabant: ut fœlici auspicio totus annus iret dulcis & fortunatus: ita nos anno iubilei: hoc est anno libertatis/ anno remissionis/ anno sanctificationis/ anno optatissimo/ ad quem mortalium uota suspirant auspicabimur una cum nostris commentariis Asinum Apuleianum/ uere aureum/ uere bracteatum. ut aureo fœliciq; auspicat uuita nostra fœliciter & fortunate progrediat̃/ ut possim deinceps commentando. legendo. scribendo prodesse nepotibus/ posteritatiq; consulere/ & ut nos ingenii monumentis uixisse testemur.

Kal. ianuarii auspicabantur artes.

Epilogus.

Habetis Viri clarissimi sententias populares: non populari opinor trutina examinatas a nobis. sed morali potius & litterata statera perpensas. habetis prouerbia quorum usurpatio minime ludicra uideri debet. cum his scateant uolumina Philosophorum: cũ his non abstineant sanctarum legum conditores. Deniq; cũ scriptores omne genus prouerbiis perinde ac cõdimentis libros suos refarciant: quorum hodierna explicatio & si iam quadã tenus lectionibus nostris accommodata est. nunc maxime adglutinetur & cohęrenter adhęrescat.

Prouerbia in libris philosophorũ.

Vulgares sententiæ sunt prouerbia. Vulgares scriptores sunt Virgilius & Cicero. Quid enim magis in ore uulgi est. quid usu populari magis detritum. Docti idoctiq; / urbani & rustici opifices omnes pueri mulierculæ Virgilium Ciceronemq; nouere: nihil uulgare magis: uterq; quotidie excutitur quotidie comprobatur: & cum ex illo prouerbiali uerbo / quot capita tot sẽtẽtiæ / fiat / ut scriptor qui uni placet / alteri displiceat. quod unus & alter probant / plusculi improbent: in Virgilio Ciceroneq; probando conspirant omnes tam amusoteri q̃ litterati. Nec tam pedibus q̃ animis uadunt in eãdem sententiam laudationis. Iamq; utriq; sibi hoc laudis prope peculiariter uẽdicauerunt: ut appellatione Oratoris. M. Tullius.

Vulgares Virgili9 & M. Tullius.

Quot capita / tot sẽtẽtiæ.

Orator Tullius.

Appellatione Poetæ Virgilius significentur/quorum duorũ uirtus non indiga ullius præconii amplius ẽ. Tanta claritas superfluit. Prouerbiorũ doctrina seria est & frugifera ut docuimus & medulla succosior. Maronis/&.M.Tullii doctrina q̃ seria q̃ frugifera sit & medulla succosa/qui nescit nihil prorsus scit: qui ignorat/nihil non ignorat/qui duo scriptores: quanto magis leguntur. tanto magis legendi sunt/ quorum lectio pueris necessaria: iuuenibus utilis/senibus periucunda. deniq; illi se profecisse sciant. quibus Cicero & Virgilius ualde placuerint: q haud dubie ostendũt uerum esse prouerbium illud. πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκαλωμ. Multi discipuli meliores præceptoribus. Nã q Maro: & Cicero longe doctiores Doctoribus suis fuerint. nemo unq̃ homo dubitauit: cum doctrina illorum/& nomina in uulgus ignota sint. aut per discipulos cognita/ Grammatici tradunt Sironem Epicureum fuisse Virgilii Præceptorem. non ne hic inglorius ignobilisq; ẽ cũ discipulus sit gloriosissim⁹/inclytissimusq;? M. Tullius perinde ac gratus discipulus hãc gratiam suis magistris rependit: q eos laudabiliter celebrat: & honorifica nuncupatione percenset. In tantum dissimilis istis: qui præceptores suos: non solum parentis loco non habent: ut præcipitur: sed eos clãculo in angulis uellicant conuiciisq; proscindunt ac obtrectant.

Poeta uirgilius.

Prouerbium. πολλοι μαθηται.

Contrra maleuolos diſcipulos.

Ita gloriam indipiſci ſperantes/ſi doctoribus derogauerint. Veræ prorſus laudis expertes.nam qui obtrectatione præceptoris famam aucupatur infamiam inuenit/& in omni proborum cœtu exibilatur/explodi tur ut improbus/formidatur ut uipera fitq; odium publicum/non ſecus quã qui parentibus maledixerit.

Magiſter animorũ parens.

Etenim Præceptor animorum parens ac formator eſt:quem niſi omni uerborum honore proſequamur niſi ubiq; locorum/ubiq; hominum honorifica mentione dilaudemus. Impii nefarii ſcelerati meremur nuncupari. Quanto magis ingenue & ſancte & officioſe agit. M. Tullius noſter/ qui nominatim magiſtros ſuos celebrat/uidelicet in arte oratoria Menippum ſtratonicenſem/tota Aſia illis temporibus diſertiſſimum/& Dionyſium magnetẽ/Xenoclem adramytenum. Cumprimis uero memorat Apollonium Molonem Rhodium clariſſimum tunc dicendi magiſtrum:in dialectica Diodorum Stoicum. In philoſophia Philonem & Antiochũ/quos omnis fama obſcura recondidiſſet:& uetuſtas oblitteraſſet:niſi diſcipuli gratiſſimi monumenta illorum nomina perire non ſinerent. Qui fuit tanto maior doctoribus/quanto maius eſt dare lumen q̃ accipere:& ſane fuit neceſſarium/ut diſcipuli meliores magiſtris exiſterẽt:alioquin ĩgenuæ diſciplinæ omnes iam decoxiſſent. Iam ad nihilum artes fere omnes rediiſſent: quas cerni-

Præceptores. Mar. Tullii.

mus ad summum fastigium peruenisse: dum proficientibus ingeniis prouerbiũ hoc quotidie cõprobatᷣ. πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκαλωμ. multi discipuli meliores præceptoribus. Ego quantum ad me attinet connixus sum pro uiribus dies noctes incudem hanc litterariam tundendo/ne præceptore meo Francisco Puteolano homine ut tunc tempora ferebant/eloquẽtissimo eruditissimoq; deterior/ neue minor existerem. An id assecutus sim aliorum sit iudicium: in hoc haud dubie laudandus: ꝙ ausus sum ꝙ uolui ꝙ ualui decertare cum illo/ea uidelicet contentione: quæ honestissima est. In qua uincere & uinci peræque pulchrum atq; magnificum est. Nam ut inquit ille in magnis & uoluisse sat est. Ad hoc ut pulcherrimum certamen uos omnis prouoco: ut ita mecum decertetis: sicut ego feci cum magistro meo Francisco Puteolano/quem honoris & amoris causa nomino: quem omnimodis laudibus celebro: qui litteras litteratas/senio pene ĩtermortuas & situ squalentes ad lucem nitoremq; cumprimis reuocauit: cui acceptum refero quicquid est in me doctrinarum: eam illi mercedem liberaliter rependens: quã Mandraytus Thaleti pulcherrimam persoluit: & sane ex ludo præceptoris mei tanq̃ ex equo Troiano innumeri bene litterati exiliere: qui ad serias mox doctrinas & quęstuosiora studia sese laudabiliter cõtulerũt.

preceptor meus frãciscus puteolanus.

Laus frãcisci Puteolani.

Laus Mini Roscii.

Ego uero sectam doctoris: nec pœnitet: fauorabiliter sectatus sum: & una mecū Decus meum Minus Roscius: quo mihi homo nemo amicior est: quem nobilium eruditissimum. Eruditornm nobilissimum appellare merito consueui: qui in hac politiori litteratura tantum profecit, tamq; est emunctus & tersus: ut meum esse condiscipulum Symmisten consectaneū possis agnoscere: Cæterum ut domum repedemus. cupio & opto a uobis in hac pugna litteraria superari: in qua discipuli uictoria ad gloriam redundat magistri superati. Etenim laus est Præceptoris discipuli; profectus. Ita mecum contendite: ut Virgilius, & M. Tullius cum suis præceptoribus contenderunt: quos pulcherrimo in certamine uictos plausibiliter præterierunt. Planissime ostendētes uerissimum esse hoc prouerbium. πολλοι μαθητοι κριττονεσ διδασκαλων. Multi discipuli ;præceptoribus meliores.

Pulcherrima possessio doctrina.

Pulcherrima possessio homini doctrina est: ut musæ Græcorum testantur, canentes καλλιστον εστιν κτημα παιδια βροτοισ. compotes uos huiusce tam præciosæ possessionis facient. M. Cicero: & Virgilius Eloquentia in hereditate mortalibus relicta.

Similes prato, tullius & maro.

Quorum uolumina sunt prato simillima. Nam sicuti in eodem prato bos herbam quærit: canis leporem Ciconia lacertam, Villica fungos, Virguncula flores. Ita Grammaticus Poeta Orator: Philosophaster

ſuis quiſq; ſtudiis aptiſſima colligent ex Ciceronis Maroniſq; penoribus. Quorum pabulum eſt citra faſtidium: eoq; ingenia maxime pucrilia ac Iuuenilia ſunt ſaginãda: & cum alios dulcia/alios ſalſa/alios auſtera/alios ſubamara delectent: Ciceroniana fercula & Maroniana mire faciunt ad palatum omnium & ſtomachum. Nos uero inſtar archimagiri pulmentaria Ciceronis & Maronis per ſe eſculenta condimẽtis quoq; noſtris eſculentiora facere tentabimus. & cũ ſimilitudo faſtidii mater ſit: ea conditurarum uarietate condiemus: ut ſuccum ſcitiſſimi ſaporis longeq; noto diſſimilem: guſtantibus uobis edulia Tulliana & Maroniana habere uideantur.

Saginãdi pabulo Tul. & Virgil.

Similitudo faſtidii mater

Quod reliquum eſt uobis gratias ago & habeo multiiugas: qui me audiuiſtis non ut pharmacopolam: Sed auſcultaſtis diligenter & libenter: ut Oratorem: & ut Oratio prouerbialis a prouerbio inchoata prouerbio quoq; terminetur: uellem/ut adagium eſt Græcorum αντιπελαργειν ideſt gratiam rependere poſſe: quod illi uſurpant de his qui gratiam beniuole reponunt. πελαργοι enim ideſt ciconiæ ſeneſcentes parentes educare eoſq; ſenio laſſeſcentes ac alarum remigio defectos ſubleuare humeris/ac ſuccollare dicuntur. Vnde ciconia auis pia uocat᷑: & Antipelargoſis remuneratio retributioq; beneficiorum nominatur, indeq; ortum eſt prouerbium hoc αντι-

Prouerbium.

Antipelargein.

ORATIO

πελαργεῖν quod beneficium retribuere & gratiam referre significat. Cuius enarratio in calce orationis hodiernæ sit uobis pro gratiarum actione: & huiusce officii scholastici remuneratione.

F I N I S.

Philippi Beroaldi Oratio Prouerbialis Impressa Bononiæ per Benedictũ Hectoris Bibliopolam Bon. accuratissimum Anno Salutis Millesimo q̄ngētesimo. die. xvii. Nouembris sub diuo Ioanne Bentiuolo secundo de patria bene merito.





